

cum versione Antonii Contii præmittitur : tum Photii *syntagma in Nomocanonem*, in quo laudantur, διατάξεω, sive διαταγμάτων, hoc est, *Digestorum Libri* fere omnes, quemadmodum ex sequenti Syllabo patet : Tum demum *Theodori Balsamonis Scholia* in eundem Photii Nomocanonem, ubi laudatos a Photio Pandectarum Libros, quosdam quidem ait non fuisse in Basilicorum Libris recensitos, plerosque autem Basilicis insertos. Quia tamen Græci, qui post Justinianum imperarunt Augusti, Basilii nempe, Leo, & Constantinus Porphyrogenitus, *Basilicos* Libros Græce evulgantes, totam Jurisprudentiam in iis comprehensam voluerunt, idcirco corpus *Pandectarum* sive *Digestorum* a Justiniano editum, amanuensium vitio, aut periit, aut in Orientis latebris adhuc delitescit.

Atqui ex ipso *Basilicorum* corpore, necnon ex Photii *Nomocanone*, *Græcos Digestorum* Libros, cum *Latinis* adhuc exstantibus, comparatos, primum est unicuique ita restituere, quemadmodum olim apud Græcos legentur. Nos igitur, primum quidem quotquot in Photii *Nomocanone* laudantur *Digestorum Libri*, *Tituli*, & *Capita*, cum *Basilicis*, juxta *Balsamonis Scholia*, comparabimus : deinde, recensitis *Pandectarum Latinis Libris ac Titulis*, ex præmissis Basilicis per Carolum An nibalem Fabrotum *Titulorum*, qui in *Pandectis continentur*, *Alphabetico ordine*, ostendere conabimur, nihil fere ex Græcis *Pandectis* deperiisse, præter eos *Titulos*, quos *Balsamon* in *Basilicis* non esse positos testatur.

Quæ in Photii *Nomocanone Digesta* referuntur, accipe.

*Titulo I. Nomocanonis Photiani*, cap. 3. εἰ δὲ ἐν ποσὶ τόποις μήτε σωθήσων τῶ ζητημένω ἐστὶν εὐρεῖν, τότε τῶ ἔδει πὺς Ρ' ὡς ἐπισημαίνει. ὡς βιβλίου α'. τῶν διατάξεων πτ. γ'. διατάξει δ'. κ'. λβ'. λγ'. λδ'. λε'. λς'. λζ'. λη'. ἔρηται δὲ κ' βιβλίου ν'. πτ. ιζ'. διατάξει ρβ'. ὅτι δυσχερῆς μὲν, ὅμως δὲ τὸ δικαίως ἀπαντήσας παραβαλομεν τῶν σωθήσων. At vero sicubi propositæ questionis consuetudo non invenitur, tunc consuetudinem urbis Romæ sequi oportet, quemadmodum Lib. 2.